

Sigismundus Dei. Gratia Rex Polo-
nia Magnus Dux Lithuania Russia
Prussia Masovia & dominus et haeres.
Rūdo in Xto Patri Dño Mauricio Episco-
po Varmienſi ſincere nobis dilecto.

Rūdo in Xto Pater ſincere nobis dilecte!

Moleſto accepimus animo, cives noſtros
Elbingenſes hactenus non preſtitiffe quod
illis de exigendis ab urbe advenis quibus-
dam Hollandinis et ex Imperialibus ter-
ris ob hæreſis Lutherana, et Zwingliana
profeſſionem proſcriptam mandaveramus,
qui tamen ea de re nihil nobis proſcrip-
ſerunt, neque facti ſui rationem
reddiderunt. nos tamen ſignificatione
et conſilio Paternitatis Veſtræ permo-
ti iterum ad illos ſevere ſcribi fecimus,
mandantes, ut ſi ita ſe res habet, quo-
madmodum Paternitas veſtra nobis ſcrip-
ſit, illos ab incolenda civitate noſtra pro-
tinus ſub graviffima indignatione no-
ſtra et ſevera animadverſione remo-
veant quod illos vel omnino facturos,
vel cur non fecerint, cauſas illaturos
nihil dubitamus; in quo quidquid ab
illis factum acceperimus, literis noſtris
Paternitati veſtræ declarabimus, et com-
munitato cum illa conſilio, quod pro tu

quod pro tuenda sancta religione expe-
dire videbitur non gravatim presta-
bimus. Reverendum Dominum Epi-
scopum Fulmensem à munere orato-
rio, quo in aula Caesaris nomine no-
stro fungebatur jam ante mensem re-
vocavimus, quem confectis quibusdam
negotijs nostris apud Caesarem Ma-
jestatem et serenissimum Romanor^{um}
Regem agi captis cito rediturum spe-
ramus, et reversum in his, quae Pasto-
rale officium requirit. Paternitatem
vestram quam nos non rectè valere do-
lemus, adiuturum nihil dubitamus. bene
valeat Paternitas vestra. Datum Sa-
covia feria tertia proxima post Do-
minicam conductus Pascha Anno
Domini millesimo quingentesimo
trigesimo secundo. regni nostri A^o
vigesimo sexto.

Commisso propria
Regiae Majestatis